



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

DRASKOVIC GYÖRGY, *Oratio habita a reverendissimo d. Georgio Drascovitio episcopo Quinquecclesiensi invictissimi d. Ferdinandi Romanorum imperatoris electi pro rege Hungariae oratore in generali Congregatione die XXIII. februarij M.D.LXII. Una cum responsione sanctae Synodi*, Riva del Garda, Giovanni Battista Bozzola (Riva del Garda, Jacob Marcaria), 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 46

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/35>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T.C.C. 39.

CMIX 20



BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
2 -op
f
61

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2407551

D 2407528

5tcl

T 0-op f 46



ORATIO

HABITA A REVERENDISSIMO

D. GEORGIO DRASCOVITIO EPI-

scopo *Quinqueeclesiensi Inuicissimi D. Ferdinandi*

Romanorum Imperatoris electi pro Rege

Hungarie Oratore in Generali Con-

gregatione Die XXIII.

Februarii. M. D.

LXII.

VNA CVM RE-
SPONSIONE SAN-
ctæ Synodi .



RIPAE.
AD INSTANTIAM Baptistæ Bozokæ.
1562.



ORATIO

HABITA, A REVERENDISSIMO

D. GEORGIO DRASCOVITIO EPI-

scopo Quinqueecclesiensi Inuictissimi D. Ferdi-
nandi Romanorum Imperatoris electi
pro Rege Hungariæ Oratore
in Generali Congregatio-
ne Die XXIII.
Februarij.

M. D. LXII.



SI vobis Illustris. Legati præclare domus, quæ est
Ecclesia Dei optimi firmissimique Cardines, huic Sa-
cro sanctæ generali Synodo; diuinitus dati, ac donati,
Præsidentes, Vosque Patres ac Pastores Amplissimi,
atque vigilantissimi, si vobis, inquam, Ferdinandi
Caesaris Augustissimi fides, pietas, vita propemodum
angelica, ac in retinenda, defendendaque Christiana
Catholica religione perpetuæ vigiliæ, labores plurimi,
inde sessumque omni tempore studium, iam antea perfectissima non essent,
crederem equidem, me si hæc sciens tacerem, non modo accusandum meri-
to, verum etiam tanquam oēs impietatis limites dolose transgressum, iure optimo

damnanda esse, Verum quia optimi, Catholicique Cæsareis rare & inau-
dita virtutes vobis notiores sunt, q̄ vt a me in medium proferri debeant, hæc
tanta, tamq; præclara, et plane cœlestia dona, in hoc nobilissimo omnium Chri-
stianorum Principum capite, stellarū, in star micantia, maxima admiratione, ve-
neranda relictus, quam oratione splendidissima et celebranda esse merito existi-
mauerim. At nisi hunc talē tantumq; nobis Imperatorē Deus pro sua benigni-
tate dedisset, infē. ix. profecto infinitis prope malis afflicta hæc nostra tempe-
stas, & esset, & haberetur. Gratias itaq; deo æterno suppliciter agere debetis,
quod illi præter nllum meritū, hic alter Constantinus Catholicus obtigerit. Nā
per Deum immortalē, nonne vere Constantinū, aut eo et maiorē dixeris, qui an-
te aliquot secula hæresis vel schismatis iniuria collapsas Ecclesias, imo vero pe-
nitus deietas, hisce calamitosissimis tēporibus, noua liberaliq; fundatione resti-
tuit. Collegia & Canobia euersa, soloque æquata reparat, & noua et magna
impensa exadificat. Clerum denique ipsum, vna cū orthodoxa religione, in
plerisq; locis fere extinctū, nō sine maximis curis, & incredibilibus sumptibus
pristinō splendori restituere oībus viribus annittitur. Sed ne curioso magis ex-
plicare, q̄ strictim quædam attingere voluisse videar, illud unam hoc loco dicā,
& vere quidem, laudatissimi huius Imperatoris cura atq; opera perfectū esse,
vt multorum scelere deformata religionis nostræ facies, suum decus, suum nito-
rē recuperare posse videatur. Iam vero quantum illud est, quod vt Christianos
& Turcorum faucibus eripere, eosq; a seuissima illorum Tyrannide, in libertatē
asserere possit, nihil eorū, quæ ad hanc rē recte, ac laudabiliter gerendā adhibe-
ri debent, amittit, sed continuis bellis, magno studio, incredibili cura, ita se impio
illorū conatui opponit, vt quod Germani, quod Itali, quod Galli, quod Polonij,
quod, aliæ prope oēs gentes securius viuant, id ipsi vni secundū Deū, acceptum
referre debeant. Quis enim est in orbe Christiano locus, quē non Turcarum
rabies iā olim peruagata esset, nisi hic talis tamq; pius Imperator se suosq; Chri-
stianos liberos huic pesti obieciisset, eiusque impetum solus ex oībus Christianis
Principibus sustinisset. Sed hæc eiusmodi sunt, vt nullis verbis, nulla ratione
fatis explicari posse videantur. Atq; hunc quidē Imperatorem, cū virtutum
heroicarū cumulatissimum thesaurum, si vobis Patres laudatissimi hic corā in-
tueri liceret, verbis exprimi non pōt, quanto gaudio perfunderemini, vicissim p-
ne cogitatione quidē complecti possum, quali quamque inexplicabili lætitia sua
Cæsarea Maestas afficeretur, si in hoc augustissimo loco, eū in quo olim para-
cleus ille spiritus sanctus sub ignitarum linguarum forma visibilis apparue-
rat, vere representante tot doctissimorū ac religiosissimorum, imo vere Aposto-
licorum locum tenentiū patrum venerandas facies præsens inspiceret, sibi cer-
te temperate non posset, quin in oīum vestrū sancta oculos rueret. Imo quo est

in re Christianam studio, ipsamet Maiestas sua huc libenter venisset, si propter
plurimas easdemq; gravissimas Sacri Ro. Imp. Regnorumq; & Dominorum
suorū occupationes in presentiarum suae Maiestati id facere licuisset. Ne tamē
interim quicq; quod in hac parte muneri Casareo incumbit omitteretur, voluit
sua M. Oratores, & Commissarios suos, ad hoc Sacrosanctū Oecumenicū Conti-
lianū tēpēstine, & ante oēs alios Christianos Principes mittere: qui et personā
suā referrent, & cū plena auctoritate et mandato, nomineq; & loco M. suae ce-
lebrationi huius sacrae, Oecumenicae Synodi interessent. Quemadmodū haec, et
alia multa praecleara, quae in mādatis habebāt, R. D. Archiepiscopus Pragēsis,
et Mag. D. Sigismundus a Thun M. suae Cas. Oratores hic praesentes Illustris-
s. DD. Legatis, priuatim inculenta oratione, copiose exposuerunt. Ex his itaque,
quae iā dicta sunt, Antistites Amplissimi, manifeste apparet, quo studio, quamq;
propensa voluntate sit eius Maiestas, in hanc Sacra Synodū, praesertim vero, cū
non solum ab eo, qui mō vniuersam illustrat Ecclesiā Pōt. Max. vere Pio IIII.
verum et ab aliquot suae Sanctitatis praedecessoribus Pont. Max. Pie me: ma-
gna contētiōe se nuper petiuerit, vt iā tandē maiorū suorū exēpla secuti, cōuoca-
to veteri de more generali Cōcilio extirpatisq; haeresibus, Christiani fidelium saluti
prospererent. Quāvis Sanctiss. quoq; D. N. Pientiss. Pastor, statim in ipso Pon-
tificatus sui felicitate incho, ante alias oēs gravissimas, vrgentissimasq; curas, hanc
data opportunitate, in primis de cōgregandō vniuersali Cō. spinijs ex agro Do-
minico Refecādū, pro sibi innata pietate, et sapientia vitre jusse perat. Id quod
iā Sanctitatis suae laudatissime, oīm. p. Christi fidelium mirifico aplausu, et ipsa
praestare cernimus. Pater Coe. glus. Ierua haec orbis lumina, quae ad conferuan-
dā tuendamque Rēp. Christianā, imo vero praetiosio filij tui Domini Nostri Iesu
Christi sanguine acquisitā Ecclesiā virtutibus, pietatisq; studij cumulata, ita cō-
iuncta esse voluisti, vt alterum in altero tenere liceat. Quod sanctitatis suae
praeclearum, summoq; Pont. ac Pastore, dignū, vniuersoq; Orbi Christiano saluta-
re studium, cum nō sine magna animi voluptate Christianiss. Imp. videret, sua
quoque M. Cas. tanq; primogenitus Ecclesiae Catholicae sedisq; Apostolicae ad
dictissimus filius, hoc Sacrosanctum Oecumenicum Concilium, quod in Spiritu
sancto rite ac legitime congregatum agnoscit, pro Casareo suo munere, quotien-
scunq; res postulauerit, ab oibus iniurijs tueri, mantere, et atque defendere sese
prōptā ac paratā benigne offert: Quo autē hanc suā voluntatē eius Maiestas
vobis magis testatē faceret, non solum vt Imp. Rom. ac Bohemiae Rex, & Ar-
chidux Austriae, hos graues & praestantes, numeriq; huic obeundo maxime ido-
neos viros, quos corā cernitis, Oratores suos huc mittere dignata est, sed et qua-
tenus est Rex inclitae Hungariae, antiquissimi illius, et nobilissimi Christiani
Orbis propugnaculi, me licet immeritum huic Sanctissimae Synodo, nomine suo
Regio, cū plena auctoritate et mādato interesse voluit. Et quāvis literas eiusmodi
di plene auctoritatis mādatisq; vobis nuper exhibere nō poterā, locum tā Regi

Pannoniæ debitum Ampl. Vestræ Illust. & Reuerendiss. non expectatis
 literis, quas iam ad manus habeo, mihi dandum et assignandum benè
 gnissime adiudicauerunt, imò absque aliqua mora assignauerunt, et dede-
 runt. Quod Ampl. Vestrarum memorabile et egregium factum, cum
 vestræ erga Catholicum Imperatorem, Regemque meum Serenissimum
 obseruantia et amoris sit illustræ testimonium, Maiestati suæ gratissimum
 omnibusque amoris et beneuolentiæ officijs pensandum accidit. Ego
 vero pro hac amplitudinem Vestrarum erga me insigni beneuolentiæ, quum
 omnia, quæ ad cumulum officij mei spectare cognouero, diligentissime
 impleuero, Deum etiam æternum, votis omnibus supplex exorabo, ut
 Vos omnes et singulos hic faelices conseruet, et post hanc vitam, donet
 eam, quæ nescit temporis modum. Postremo ut ex officio meo, et Illu-
 strissimarum ac Romanorum Ampl. Vestrarum expectationi satisfac-
 tioni, fidemque Reuerendissimi D. Archiepiscopi Pragensis
 Oratoris Cæsarei, nuper pro me interpositam redimam,
 literas plenæ autoritatis, et mandati Regis mei
 reuerenter exhibeo, orans, ut et illas in hoc
 ornatisimo confesso pro recepta iam
 consuetudine publice per legi fa-
 cere, et me cæpta hac sua
 singulari benignitate,
 atque humanita-
 te complexi
 dignen-
 tur.



RESPONSVM SANTAE SYNODI
IN ADMISSIONE ORATORVM
CAESAREORVM, ET REGIS

*Hungariae, datum in Sessione secunda
Sacri Concilij Tridentini sub. S.*

D. N. Pio IIII. Pot.

Max. die XXVI.

mensis Fe-

bruarij.

M. D. L X I I.



ILLVSTRISSIMI, & Reuerendissimi Do-
mini Oratores, Aduentus Dominationum Vestrarum
magnam huic Sanctae Synodo laetitiam attulit, tum
propter maximam beneuolentiam, & obseruantiam,
qua Synodus ipsa suam Caesaream Maiestatem pro-
sequitur, tum propter eum honorem, qui ei ex hac
nobilissima potentissimi, religiosissimi que Principis le-
gatione accessit. Studium vero, fauorem, atque etiam
securitatem, quam Maieestas sua Caesarea ipsi Sana-
ctae Synodo pollicetur, gratisimo animo, summaque
spe recipit, ac eius Maiestatem ingentes gratias agit.
Quare Sancta ipsa Synodus Dominationes vestras, quas praestanti viri

ture, prudentia, ac pietate præditas esse non ignoret, lætis amplecti-
tur, atque recipit animis. Mandataque sua Cæsarea ex
Regiæ Maiestatis quantum de iure
debet, admittit.



PW 12619

offe non ignora, leti rege
aditior in Castra 15
manum de ore

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
46

